

has litteras idcirco insigniri praecipimus, ut tua etiam dignitas evidentissimum tuae concessionis signum aliquod videlicet admirationis novum in novo, quem petimus episcopo eligendo et constituendo mittere dignetur.

Pez et Hueber cod. dipl. hist. epist. (Thes. anecdott. Tom. VI.) p. 286. — Hagecii ann. Bohem. ed. Dobner V. p. 524. — Boczek cod. dipl. Morav. I. p. 174. Vgl. Horn biga epistolarum in Miscellan. Lips. VIII. p. 587 — 661.

No. 36. 1086.

Erzbischof Hartwig von Magdeburg beglückwünscht den Herzog Wratislav wegen der ihm verliehenen königlichen Würde und ersucht ihn, den vom B. Benno beabsichtigten Wiedereintritt in Meissen zu verhindern.

Domino W. regi gloriosissimo armis et fide erga imperatorem nostrum, quodque hic excellentius est, pietate erga deum praestantissimo H. dei gratia Magadaburgensis archiepiscopus manu dei auxiliari et brachio eius confirmari. Ex quo primum virtutum tuarum notitia tanquam suavissimo odore afflatus sumus, semper occasionem quaerentes fuimus, qua studium nostrum erga tuum obsequium probaremus. Interim placuit deo pro earundem virtutum merito adiutorium super potentem ponere et electum de plebe sua exaltare, et nos revelata divinitus nobis auricula cum Samuele implevimus cornu nostrum oleo exultationis. Ad unguendum electum domini prae participibus suis parati quidem fuimus, sed cum non admissi tractare supervacuum putavimus. Hoc autem pro certo sciat dignitas tua, quod non extremi sumus inter eos, qui fastigium virgae tuae honorant et qui pro statu regni tui deum assiduis precibus interpellant. Notum autem facimus excellentiae tuae, Bennonem quondam Misinensem episcopum, sed in synodo Moguntina damnatum ad nos venisse perhibentem se a domino papa reconciliatum esse. Cuius verbis intendere indignum duximus, tum quia nullum certae reconciliationis signum a domino apostolico attulerit, tum propter Felicem tuum, immo nostrum, qui eius sedi iam canonicè successit. Et nunc audivimus eundem Bennonem per suos fautores modis omnibus conari de improvise antiquae surrepere sedi. Quapropter tuae sit providentiae conatum eius anticipare nec dare cornu peccatori, nec eo reprobato, qui ob gratiam tui est inthronizatus, qui iustis ex causis in Mogontina synodo est damnatus¹⁾. Pistorem, super quo nos rogasti, misimus tibi cum instrumentis suis et munusculis nostris, quae tuae dignitati quidem non sunt congrua, sed tamen secundum paupertatem nostram pensanda. De cetero pro salute tua et pro stabilitate regni tui levantes orationem ad dominum dicimus assidue: Domine salvum fac regem et exaudi nos in die, qua invocaverimus te.

Pez et Hueber a. a. O. p. 290. — Hagecii ann. etc. V. p. 535. — Boczek cod. dipl. Morav. I. p. 178. Vgl. Horn adnotamenta uber. in Miscell. Lips. nov. X. p. 431—523.

Die Handschrift der Bibliothek des vormal. Reichsstifts zu S. Emmeramm in Regensburg, aus welcher die vorstehenden Nrn. 35 und 36 angeblich entlehnt wurden, ist nicht an die K. Hof- und Staatsbibliothek zu München gekommen, wie sich dort bei genauer Nachforschung ergeben hat. Eine abermalige Vergleichung und Verbesserung des offenbar mehrfach verdorbenen Textes ist daher nicht möglich gewesen, und es sind nur in der Interpunction einige Aenderungen vorgenommen worden. Ueber die Abfassungszeit, die Tendenz der Bulle No. 35 und den Zusammenhang des Schreibens No. 36 mit dieser ist in der Vorrede einiges bemerkt.

1) Richtiger: peccatori, qui iustis — damnatus, eo reprobato, qui ob — inthronizatus.